

Johann Bacmeister Henricus Warenius

Theses De Dysenteria

Rostochii: Reusnerus, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72969447X>

Druck Freier  Zugang



RU. med. 1602.

Johann Bacmeister Resp. Praes.

Henrich Varenius Resp.

Thefes
DE
DYSENTERIA

QV AS
D. T. P.

PRÆSIDE

Viro Clarissimo

D. JOANNE BACKMEISTERO,
Philosophiæ & Medicinæ Doctore ac
Professore, pro insignibus Docto-
ralibus in arte Medicâ
consequendis,

discutiendas proponit

M. HENRICVS VVARENIVS
Rostochiensis.

A. D. Frijd. Non. Octobr.

Disputatio Habebitur in Auditorio majori, hora 7. diei 6. Octob.



ROSTOCHII 68
Excudebat Christophorus Reufnerus
M. D. CII.

R u med. 1602.

4.67.

SYSTEMATICA



M. HENRIQUEZ V. V. K. N. I. V. Z.



ROSTOCK
Ex libris Christophorus Rostockensis
M. D. C. I. V.



De Dyfenteria.

THESIS I.



Intestina, cum veluti sentina quædam sint corporis, ad quam naturalis œconomix quisquiliæ, aliiq; humores noxii undequaq; facile conflunt, variis ac diversis implicantur affectibus, atq; inter ceteros, exulteratione, quam Dyfenteriam vocant Medici, appellacione à loco affecto deducta.

2. De eâ nunc potissimum mihi differendum esse putavi, quoniam sub hoc anni tempus autumnale plerumq; ingruere solet, teste Hippocrate 3. Aphor. 22.

3. Dyfenteria verò cum pro omni dejectione cruentâ accipitur, ne homonymia vocabuli alicui imponat, accuratè veram, proprièq; sic dictam, à nothâ vel spurâ distinguendam censemus.

4. Veram igitur ex Galeno & Aëtio definimus, cruentam *Definitio.* alvi dejectionem ex ulcere intestinorum, ab acris & erodentibus humoribus, vel, ut nonnunquam usu venit, medicamentis productam, magno cum intestinorum cruciatu. Hinc difficultas intestinorum Latinis, Tormina Celso dicta.

5. Dividimus hanc in simpliciter talem & Epidemicam. Hæc *Divisio.* vero est vel pestilentialis & maligna, vel leviter tantum contagiosa: quarum illa multis exitio est; hæc licet plurimos invadat, paucos è medio tollit.

6. Recipiunt & alias per accidentia sua distinctiones, quod videlicet alia sit sine febre, alia cum febre: vel stipata Symptomatibus levissimis, aut planè atrocibus & sævissimis. Ratione temporis & magnitudinis distinguitur in fientem & absolutam. In fiente primum adiposa & pingua (quibus contra injurias, interna

bi-faltu no. Spiegel 18. c. 9. Bart. anat. 2. Ref. anat. p. 62. sui

20
sui parte munita sunt intestina, & præcipuè inferiora) dejecturur. In facta & absoluta, ramenta vel carunculae, unà cum sanguine, pure & fecibus prodeunt. Duabus enim tunicis constare intestina demonstrat Anatome. Harum si interior abraditur, ad instar Epidermidis partes descendunt: si exterior, carunculae. Ratione situs Dysenteria alia omnibus intestinis simul, alia quibusdam tantum infensa est, gracilibus nempe & superioribus, vel crassis & inferioribus.

7. Notham quam diximus, variè distinguunt authores, sed nos omnem diversitatem ad duas classes referri posse existimamus, ut una sit earum dejectionum, quæ vi morbi excitantur, quemadmodum in morbis quibusdam acutis; vel decretoriè; vel tabescentiæ & liquationis more contingere consuevit: altera earum, quæ naturæ sunt providentiâ, ut in mutilatis, in solemnè aliquâ evacuatione, mensium aut hæmorrhoidum suppressâ; in plethorâ, ex neglectis exercitijs, coæceruatâ: & in his casibus fieri plerumq; sanguinis est excretio. Ad priorem quoq; classem referimus fluxum hepaticum dictum, cum excreta loturæ carniū recenter mactatarum sunt similima. Et hæc de notha Dysenteria dicta sufficiant.

Causa 8. *Προκαταληχική* seu externa dysenteriae simpliciter dictæ, causa esse potest rerum non naturalium, assumendorum maximè & evacuandorum usus immoderatus. Hisce adnumerari possunt medicamèta pernitiōsa, ut Scammoniū, Colocynthis, Antimoniū crudum; item Venena, ut Cantharides, Arsenicum, Sandaracha, Mercurius sublimatus, &c. Epidemicæ vero pestilentialis est in aère, qui non solum quoad qualitates primas alteratus; sed occulto insuper & insensibili veneno imbutus, malignitatis semina naturæ nostræ maximè infensa, circumferens, ea corporibus nostris imprimit. Atq; hic vel maximè illud τὸ θεῖον Hippocraticum, cœlitus immissum, astralemq; inferens morbum (uti illum Theophrasti sequaces vocitant) vigere, elementariumq; qualitatum primarum noxas excedere asserimus. Contagiosæ autem Epidemicæ causa προκαταληχική est austrina aëris constitutio, diu & continuè perseverans: uti omnis quoq; alia ejusdem intemperies modum

3
dum excedens, Vitiata alimenta, annonæ caritas, & quæ sunt hujus farinae alia.

9. Causæ internæ seu continentis hujus mali sunt acres & mordaces omnis generis humores, quales sunt bilis flava, porracea, æruginosa, atra, pituita salsa, sive à toto, sive ab aliquâ corporis parte ad intestina confluant, sive in ipsis fuerint geniti. Paracelso est vel stomachi, vel mineralium dissolutio.

10. Oportet autem humores, qui dysenteriam parere debent, necessario calidos esse, (mordacitatis enim & acrimonix, sine qua nulla fit erosio, causa efficiens est caliditas) siue calidi fiant per propriam naturam, sive per putredinem. Hinc Galeno lib. 6. cap. 2. de locis adfectis, mordax humor dysenterix causa statuitur, uti qui ab initio & abstergat & abradat; deinde temporis intervallo ulceret intestinum.

11. Dysenterix simpliciter dictæ signa *πάθημα* sunt, Signa. frequens dejectio vires paulatim prosterbens, ubi in principio pingua, mucosa, & pro diversitate causæ continentis colorata dejectiuntur. Subsequuntur dehinc, ubi malum incrementum sumit, tunicæ interioris ramenta, & per intervalla puris aliquid, ac ulcerum crustulæ *ὀφθαλμοειδές* Græcis dictæ: tandem etiam caruncula, quando ulcus redditur profundius: tormina circa umbilicum, aut ubi delitescit ulcus, sunt vehementia: sicut & Tenebrinus, appetitus prostratus, fitis vehemens, pervigilium, anxietas, syncope, interdum & febris. sed horum omnium vel plura, vel pauciora, pro diversitate doloris & humorum peccantium ægro molesta sunt.

12. Epidemica dysenteria hisce se prodit indicijs: Multitudo adest hominum in eadem regione, hoc eodem ex morbo decumbentium, contagiog; atrahitur, quæ insuper si pestilentialis sit, plurimi è vivis excedunt, adsuntq; angina, ani tubercula & proidentia, aphthæ aliq; multa & formidabilia Symptomata.

13. Quæ porro intestina præ ceteris sint affecta, ex hisce notis facillimè & rectissimè deprehenditur: Si abrasiones cum pingui quopiam fiant, & ramenta ac carunculae majores sint aut crassiores, & vel sanguis, vel pus excrementis non exactè miscantur: sed iisdem superficietenus quasi adherescant: item si dolores

lores seu tormina excretionem non diu antevertant, crassioribus intestinis vitium inesse certum est.

14. Sin vero abrasiones fiant sine pinguedine; si cruor aut carunculæ excrementis exactius permixtæ appareant; si dolores acerbiores, umbilico viciniore, diutius excretionem præcedentes torqueant; si ramenta aut carunculæ minores & tenuiores existant: ex his tenuiora intestina ulcere affecta esse dignoscere licet.

Prognostica 5. Dysenteria autem quovis anni tempore, in quacunque regione, ætate, temperamento, sexu accidere potest. Epidemica æstate & autumno maximè affligit, omni ætati evenit, & plurimi ab eâ periclitantur.

16. Quæ adhuc fit dysenteria, facilius curatur, quam quæ jam facta est & confirmata. Minus quoque periculosa existit, quæ crassiora infestat intestina, quam quæ tenuiora.

17. A flava bile, quæ provenit, neque dum confirmata est, facillimè curam admittit; à pituita difficilius; omnium difficillimè quæ ab atrâ bile pronascitur. Imo si ab hac incæperit, lethalis est, quod à cancro exulcerato parum distet, teste Gal. comment. in 24. aph. lib. 4. Hippoc.

18. Dysenterici, qui febrem sibi conjunctam habent, cujus paroxysmus sensim exacerbatur, prostratis jam viribus, his in paroxysmi febrilis statu mors imminet.

19. Excretis si magnus adsit fætor, maliq; insuper colores, lethale. Sic & hydrops, & lienteria, & cibi fastidium, præsertim cum febre, superveniens dysentericæ, malum. Contra appetitus si redeat, excretio fiat rarior, & excrementa appareant crassiora, declinationem morbi insinuant.

20. Mulieri utero gerenti, si tenesmus supervenerit, facit abortum. Hippoc. lib. 7. Aphor. 28.

21. Lienosis difficultas intestinorum superveniens bonum. Hippocr. lib. 6. aph. 48.

22. Dysentericæ fiunt maximè mulieribus & viris humidioribus, si hyems sicca & aquilonaris, ver autem pluviosum fuerit & Australe, Hipp. lib. 3. aph. 11.

23. Mulieres quam viri, senes & pueri, quam juvenes in dysenteria magis periclitantur.

Ad


24. Ad curam priusquam accedamus, de præcautione hujus mali, præcipuè Epidemici, paucis agendum. Quia vero de sententiâ Galeni lib. 4. de Sanit. tuen. cap. 1. instantis morbi cavendi, & ejus qui jam occupavit, submovendi, similis est ratio; potiorem præservandi rationem ad *φασμαχὸν* & *διούλω* rejicimus: hoc facto discrimine; in curâ, quiescendum; in præservatione, corpus modicè exercendum. Vbi & Hipp. dictum lib. 6. Epidem. sect. 4. T. 20. Sanitatis studium est, non satiari cibus, & impigrum esse ad labores: diligenter observandum. Nec illud prætereundum, summâ curâ decumbentium vitandam esse conversationem, sicut & loca illa, ubi excretiones dysentericæ sunt dejectæ.

Προφυλα
χρή.

25. Ad curationem igitur hujus mali quod attinet, eam tribus veluti instrumentis peragenda esse statuimus, Diæta videlicet, Pharmacia & Chirurgia. Curatio.

26. Diætâ quod spectat (quâ res Medicis non naturales appellatas, more recepto, volumus intelligi) aër, prout morbi ratio postulat, sive ex frigidiore, sive ex calidiore ad temperiem ægro curando commodam reducatur. Victum concedimus, pro horum locorum & corporum naturâ, paulò plenior, qui tamen pro diversitate causæ, immutandus. In genere commendantur cibi Euchymi, facilisq; concoctionis: tales sunt, aviculæ montanæ, perdices, merulæ, lepusculorum item, pullorum gallinaceorum, hædorum & vituli lactantis carnes, pisces saxatiles, perca aculeatæ, &c. Sic elixa ex aceto ova temperatus cibus censetur. Oryza quoq; & amyllum in lacte chalybeato cocta utiliter exhibentur, præsertim ubi ulcera ad cicatricem perducere & glutinare student. Conducunt etiam plurimum pyra tosta, sorba, mespila, cotonea, cerasa acida, ribes, mora immatura, cynosbati fructus, maxime conditi, sicut & Corna, quæ tamen omnia reliquis cibus sunt præmittenda. Actria, salsa, acerum, fructus item fugaces crudi, & olera, tum quoq; melle condita sedulo vitentur.

27. Potus sit hordei tosti decoctum, quod saccharo & paucis cinamomo dulcorari & aromatizari potest, lac item bubulum coctum & chalybeatum: Vinum etiam rubellum, sed non valde vetustum, haud erit inconveniens. A cerevisijs recentibus, alijsq; sæculentis abstinetur. Bibantur probè coctæ, & bene defecata



6
fecatæ, non multum calefacientes : quibus nonnunquam lamina
panis tostii, cui aliquid pulveris nucis muscatæ fuerit adpersum
injiciatur.

28. Exercitia corporis studiosè intermittantur, quieti corpus
dedatur, Vigilæ exulent, somnusq; modis omnibus invitetur,
concilieturq;. Cessent etiam, quantum fieri potest, omnes animi
perturbationes, ne humorum acrimoniâ ullâ ratione exacuatur.

29. Diæta hoc modo constituta, ad pharmaciam acceden-
dum, & si methodo nobis insistere per Symptomata detur, prin-
cipio omnium vomitu revellendi humores, ad intestina decum-
bentes, & præsertim in illis, qui facile vomunt, neq; ventrem
habent admodum imbecillem, neq; cibos extremè fastidiunt:
idq; vomitorijs levioribus, qualia apud præcticos plurima occur-
runt. Miris hic laudibus extollunt Paracelsici Liliû Antimo-
nij citrinum, & Panaceam, ritè præparata, quæ vel sola, hunc tam
ingratum hospitem ex microcosmi culinâ exterminare posse as-
serunt.

30. His peractis, præmissa tamen venæ sectione, si consultum
videbitur (quâ de paulò post) humores convenientibus remedijs
evacuentur. Talia ab authoribus recensentur, experienciâq;
comprobantur, Rhabarbarum, Syr. rosaceus solutivus, Tamai-
ndi, fol. Senæ selecta, Mechoâca, omnes myrobalanorum spe-
cies, & quæ sunt hujus generis alia: Scammonæata, helleborata
& colocynthis accuratè vitentur. Chymica hic si cui arrideant,
huic in promptu sint Extracta Rhabarbari, fol. senæ, Mechoâcæ,
&c. quæ tamen omnia flores Antimonij rubei debite præparati
plurimum antecellunt.

31. Exclusâ per fecesum morbi causa, ad ulceris curationem
progrediendum. Curatur autem illud extergentibus, sine acri-
monia, deinde ficcantibus & agglutinantibus.

32. Ulcere igitur in tenuibus intestinis factò, opera dan-
da, ut primo extergatur à pure, & inhærentibus sordibus assu-
mendo per os hordei integri decoctum, aut cicerum rubeorum
cum saccharo, vel aqua mulsâ. Quod si lenire simul dolorem
voles, lacte cum amylo & modico sacchari uteris.

Si ve-

33. Si verò in inferioribus & crassioribus ulcus esse deprehendatur, medicamentis per clysterem, infusus utendum. Hunc namq; processum methodus requirit, ut tenuibus intestinis & ventriculo propinquioribus affectis, remedia per os assumantur; crassioribus vero laborantibus, per anum infundantur. Sic enim interioribus viribus ad locum affectum pertingent.

34. Clysteres autem parari possunt ex aquâ mulsâ, decocto hordei integri, addito si videbitur, melle rosaceo, saccharo vel melle simplici. Quod si sanguis copiosior profluat, addi potest succus polygoni, plantaginis, tormentillæ, vel horum aquarum stillatitiarum.

35. Quod si ulcus fuerit sordidius, ad ea transeundum, quæ fortius abstergant, ut decoctum lupinorum, absinthij, vel centaurei, cum melle, aut ungu. Apostolorum 3. j. aut Ægyptiaci 3. s.

36. Abstergo probe ulcere, quod ex saniei, sordiumq; paucitate, & sanguine puriore egesto cognoscitur, cicatrix inducenda restat siccantibus absq; morfu & adstringentibus, quibus ea quoq; adungi debent, quæ acrimoniam contemperant. Exhibenda ea sunt per os, vel per clysteris tubum infundenda, pro loci affecti ratione, ut antea dictum est. Talia autem sunt cornu cervi ustum & præparatum, balauſtia, malicorium, sumach, capulæ glandium, bolus Armenius, terra Lemnia vel Silesiaca sigillata, sanguis draconis, Corallia, sem. Oxalydis, sanguinarix, portulacæ, plantaginis, bursa pastoris, psydij, tragacantha, gummi Arabicum, Caro, myua & gelu cydoneorum, Syr. de agreſta, myrtinus, de roſis ficcis, cum aq. plantaginis aut chalybeata assumpta vel infusa. Commendantur item nuceſ muscatæ conditæ, myrobalani conditi, conserva rosarum vetus, item pullus leporinus Martio captus & vivus in clybano exsiccatuſ, mandibula lucij, tunica interior stomachi gallinacæ, rasura priapi cervini, aliaq; plura, quæ passim existant apud practicos.

37. Inter medicamenta è Chymiatrorum Cryptis profecta primas hic tribuunt, Laudano Opiato à Quercetano & Penoto decantato, Laudano item Theophrastino in lib. 1. Paragrani §. 6. descripto. Valdè etiam commendant viscum, cum vino rubeo & aqua plantaginis similivè è cornu cervino extractum. Hisce

A 5

adju-

adjungunt cum plurimis alijs Rubinum Sulphuris , Sulphur Vir-
trioli, Crocum Martis , magisterium perlarum, corallorum item
rubeorum : quæ licet fatis sint efficacia ; tamen non temerè ; sed
magno cum judicio, sicut reliqua omnia, sunt exhibenda.

38. In clysteribus vero hæc adhibenda cautio , ne infusorum
quantitas sit nimia, ut diutius in intestinis contineri possint. Nam
magnâ copiâ nimis intestina distendendo ad sui excretionem ex-
stimulat. Habeatur tamen loci affecti ratio , ut pro distantia ejus
remotiore aut viciniore ab ano , infusi quantitas accommodetur.

39. Epidemicam quod spectat, maximè pestilentialem, ipssi-
us malignitati & venenatæ qualitati accurate resistendum. Mox
igitur à principio, unâ cum alijs supra enumeratis medicamentis,
alexipharmaca & Bezoardica sunt offerenda, ut sunt Theriaca,
unicornu, lapis Bezoar, Margaritæ præparata, fragmenta lapi-
dum preciosorum, (pro quibus rectius Magisterium eorum ritè
præparatum substituitur,) cum Syr. de limonibus acetositate ci-
tri, acetoso simplici, vino granatorum, Syr. Tormentillæ, &c.

40. Haud inutiliter quoq; in primo insultu Theriacam vel
Mithridatium papyro vel linteolo inductum extrinsecus ventri-
culi fundo & umbilico imponitur, totusq; venter inferior de-
cocto quodam Alexipharmaco, & simul adstrictorio calidè
fovetur.

41. Quin & unguentis hic locus esse poterit, ex sevo hirci-
no, pulv. nucis muscâtæ, oleovè ejusdem, sicut & mastichino, cui
aliquid boli Armeni vel terræ Sigillatæ fuerit admixtum, quo di-
ctæ partes inungantur.

Chirurgia. 42. Restat ut de Chirurgiâ, cujus jam antea thesi 30. facta
est mentio, aliquanto agamus plenius. In corpore itaq; plethori-
co, constantibus viribus, ætate integra, & reliquis indicationibus
consentientibus, saburra ventriculi per vomitum exinanita, Me-
diana vel Hepatica dextri brachij incidenda, eaq; sanguinis copia
detrahenda, quæ vires ægri non prostrnat.

43. Quod si vero decumbens Phlebotomen admittere no-
lit, cucurbitilis vel cum, vel sine scarificatione, prout Medico con-
sultum videbitur, vel saltem frictionibus ad partes superiores
peractis, aut validis brachiorum ligaturis revulsioni incumba-
tur.

Corol-

Corollaria

I.

Quod Practici ferè omnes inter Pathognomonicarecensent signa; Dolor si infestat Hypochondria, & partes supra umbilicum, gracilium intestinorum ulcus denotare; sin dolor hypogastriacis infestus sit partibus, crassiora intestina ulcere teneri: suadente sic Anatome, infidum censemus signum.

I I.

Cum Scammoneatis, Colocynthide, Elleboro & id genus alijs malignitate pradtis medicamentis prastantiores Medici in Dysenteria agris interdiciant, queritur an rectè faciant plurimi practican- tum, qui Elect. Rosatum Mesue, Diaphanicon, confect. Hamech, pilulas Cochias & similia, labo- rantibus propinant? Negatur.

I I I.

An Clysteribus pro abstergendo & consolidan- do intestinorum ulcere, pinguia & oleosa rectè immi- sceantur? Non videtur.

Μόνα τῷ Θεῷ δόξα.



Carthago

Carthago in Africa sita est in insula...
...in Africa sita est in insula...
...in Africa sita est in insula...

Carthago in Africa sita est in insula...
...in Africa sita est in insula...
...in Africa sita est in insula...

Carthago in Africa sita est in insula...
...in Africa sita est in insula...
...in Africa sita est in insula...

Carthago in Africa sita est in insula...

33. Si vero in inferioribus & crassioribus hendantur, medicamentis per clysterem infusus namq; processum methodus requirit, ut tunc in ventriculo propinquieribus affectis, remedia crassioribus vero laborantibus, per anum in nim integrioribus viribus ad locum affectum per-


34. Clysteres autem parari possunt ex aqua hordei integri, addito si videbitur, melle rosae melle simplici. Quod si sanguis copiosior pro succo polygoni, plantaginis, tormentillæ, ylatitæ.

35. Quod si ulcus fuerit sordidius, ad ea fortius abstergant, ut decoctum lupinorum, taurei, cum melle, aut ungu. Apostolorum 3. j.

36. Absterfo probè ulcere, quod ex sanie, & sanguine puriore egesto cognoscitur, restat siccantibus absq; morfu & adstringentibus adungi debent, quæ acrimoniam contemperant sunt per os, vel per clysteris tubum infundendæ ratione, ut antea dictum est. Talia autem sunt & præparatum, balauſtia, malicorium, sumachbolus Armenius, terra Lemnia vel Silesiaca figonis, Corallia, sem. Oxalydis, sanguinaria, taginis, bursæ pastoris, psydij, tragacantha, Caro, myra & gelu cydoneorum, Syr. de agrorosis ficcis, cum aq. plantaginis aut chalybe fusa. Commendantur item nuces muscatæ conditi, conserva rosarum vetus, item pullus captus & vivus in clybano exsiccatu, manducator interior stomachi gallinæ, rasura priapi eorum quæ passim exstant apud praticos.

37. Inter medicamenta è Chymiatrorum primas hic tribuunt, Laudano Opiato à Quo decantato, Laudano item Theophrastino in libro descripto. Valdè etiam commendant viscum & aqua plantaginis similivè è cornu cervino

A 5



pre-
lunc
s &
tur;
ice-

octo
o vel
otest
e stil-

qua
cen-
3. s.
auci-
enda
uoq;
da ea
fecti
stum
ium,
dra-
plan-
um,
, de
el in-
alani
partio
unica
lura,

fecta
enoto
i 5.6.
tubo
Hisce
djun-